

*ganglion  
i ad omnia  
vi excreta  
s nervos  
nud peris*

A D E N O L O G I A  
S E U  
D O C T R I N A  
DE G L A N D U L I S.

## ELENCHUS ADENOLOGIÆ.

**D**e glandulis generatim.

*Glandulæ in cavitate cranii.*

Glandulæ duræ matris.

Glandulæ plexus choroidei.

Glandula pituitaria.

*Glandulæ oculorum.*

Glandulæ Meibomianæ.

— lachrymales.

— carunculæ lachrymalis.

*Glandulæ narium.*

Glandulæ muciparæ membranæ pituitariæ.

*Glandulæ aurium.*

Glandulæ ceruminosæ.

*Glandulæ collis.*

Glandulæ jugulares.

— submaxillares.

— cervicales.

Glandula thyroidea.

*Glandulæ oris.*

Glandulæ parotides.

— maxillares.

DOCT.

Glandula sublin-

— bucc-

— mola-

— labia-

G

Glandula pal-

— uvu-

— tonifi-

— ling-

— lary-

— phar-

Gla

Glandula man-

Gla

Glandula thy-

— br

— ca

— do

Gla

Glandula ga-

— int

— me

— hep

— cyl

— pan

— om

## Glandulæ sublinguales.

- buccales.
- molares.
- labiales.

*Glandulæ faucium.*

## Glandulæ palatinæ.

- uvulares.
- tonfillares.
- linguales.
- laryngeæ.
- pharyngeæ.

*Glandulæ mammarum.*

## Glandulae mammariae.

*Glandulæ cavitatis thoracis.*

## Glandula thymus.

- bronchiales.
- œsophageæ.
- dorsales œsophagi.

*Glandulæ cavi abdominalis.*

## Glandulæ gastricæ.

- intestinales.
- meseraicæ.
- hepaticæ.
- cysticæ.
- pancreaticæ.
- omentales.

*Glandulæ lumborum.*

- Glandulæ suprarenales.  
 ——— lumbares.  
 ——— iliacæ.  
 ——— sacrales.

*Glandulæ genitalium virilium.*

- Glandulæ odoriferæ glandis.  
 ——— muciparæ urethræ.  
 ——— Cowperi.  
 ——— Littrii.

Glandula prostrata.

*Glandulæ genitalium muliebrium.*


- Glandulæ odoriferæ labiorum.  
 ——— odoriferæ clitoridis.  
 ——— muciparæ urethræ.  
 ——— ——— vaginales.  
 ——— ——— Bartholinianæ.


*Glandulæ extremitatum.*

- Glandulæ Synoviales.  
 ——— inguinales.  
 ——— subaxillares.

*Glandulæ cutis.*

Glandulæ subcutaneæ.





## DE GLANDULIS GENERATIM.

**G**LANDULA est parva, rotunda, vel glandiformis machina, quæ secretioni, aut mutationi alicujus humoris inservit.

DIVISIO glandularum est in IV. *species.*

1. — *folliculosas.*
2. — *globatas.*
3. — *glomeratas, &*
4. — *conglomeratas.*

**G**LANDULA FOLLICULOSA ex cava membrana va- sculosa constat, & ductum excretorium habet. Glandulae muciparæ, & sebaceæ in hanc classem pertinent.

**G**LANDULA GLOBATA ex glomore vasorum lym- phaticorum, tela cellulosa connexorum, con- stat; nec cavitatem, nec ductum excretorium habet. *Glandulae lymphaticæ vasorum lymphati- corum* *huc* pertinent.

**G**LANDULA GLOMERATA ex glomere vasorum sanguineorum constat, ductum excretorium, sed cavitatem non habet. *Glandulae lachrymales, & mammariæ*, sic se habent.

**G**LANDULA CONGLOMERATA est glandula composita ex pluribus glandulis glomeratis, quæ suis ductibus excretoriis in unum magnum ductum excretorium hiant. *Pancreas*, & *glandulæ salivales*, sic sunt constitutæ.

**D**UCTUS EXCRETORIUS GLANDULARUM est canalis tenuis, qui ex glandula exit, & succum a glandula secretum excernit.

**A**LIA glandularum divisio est a liquido, quod secerunt, vel immurant, in glandulas *sebaceas*, *muciparas*, *lymphaticas*, *lachrymales*, *salivales*, *bilioſas*, *laclreas*, &c.

**N**ERVI, & *vasa* glandularum sunt multa, & a partibus vicinis.

**C**ONNECXIO glandularum est cum aliis partibus operatae cellulosæ, qua etiam ipsa substantia glandulæ cohæret.

**U**sus glandularum est, secernere, vel mutare aliquem humorem. In *infantibus* sunt glandulæ majores, quam in adultis, hinc in his major usus.

### GLANDULÆ IN CAVITATE

#### C R A N I I.

**G**LANDULÆ DURÆ MATRIS. Ab inventore etiam *Bacchonianæ* vocantur. Juxta finum longitudinalem superiorem dura matris in peculiaribus ossis frontis, & ossium parietalium foveolis locantur. Videntur esse glandulæ globatæ.

GLANDULÆ

GLANDULÆ FLEXUS CHOROIDEL. Glandulæ globatæ sunt, quæ in plexu choroideo ventriculorum cerebri inveniuntur.

GLANDULA PITUITARIA. In sella turcica ossis sphenoidi inter laminas duræ matris inclusa locatur. Finis infundibuli in eam definit.

### GLANDULÆ OCULORUM.

GLANDULÆ MEIBOMIANÆ. Sunt sebaceæ. Sub cuncte palpebrarum juxta tarsos earum locantur; & ductibus excretoriis, quorum orificia puncta ciliaria dicuntur, in margine tarsorum definitur.

GLANDULA LACHRYMALIS, est glomerata; supra externum orbitæ angulum in peculiari fovea ossis frontis locatur. Cum 6. vel 8. canalibus excretoriis in interna palpebræ superioris superficie aperitur, qui lachrymas secernunt.

CARUNCULA LACHRYMALIS. Est parva, ac rubicunda prominentia, quæ in interno orbitæ angulo inter ambos palpebrarum tarsos prominet. Constat ex parvis glandulis sebaceis, quæ sebum secernunt.

### GLANDULÆ NARIUM.

GLANDULÆ MUCIPARÆ MEMBRANÆ PITUITARIÆ NARIUM. Circa septum narium majori copia inveniuntur, mucum narium secernunt.

## GLANDULÆ AURIUM.

**GLANDULÆ CERUMINOSÆ**, quæ sub cute meatus auditorii externi locantur, sunt glandulæ sebaceæ, & secernunt *cerumen aurium*.

## GLANDULÆ ORIS.

Oris glandulæ, quæ *salivam* secernunt, & ideo *salivales* dicuntur, sunt.

**GLANDULÆ PAROTIDES.** Sunt magnæ glandulæ conglomeratae, sub auricula inter processum mammillarem, & angulum inferioris maxillæ locatae. *Ductus excretorius* glandularum parotidum *Stenonianus* vocatur; pergit a glandula super musculo massetere oblique in buccam, dein circa secundum, & tertium dentem molarem superioris maxillæ musculum buccinatorem, & buccam in cavum oris usque perforat.

**GLANDULÆ MAXILLARES**, sunt etiam glandulæ conglomeratae, locantur sub angulis maxillæ inferioris, & earum *ductus excretorius*, qui *Warthonianus* appellatur, pergit ad latus frænuli sub lingua, circa quod aperitur.

**GLANDULÆ SUBLINGUALES.** Mox sub lingua locantur, earum *ductus excretorii* ad latera sub lingua pergunt, & ibi suis orificiis aperiuntur.

**GLANDULÆ BUCCALES**, sunt parvæ glandulæ salivales, quæ sparsim in interna superficie buccarum, &

**GLANDULÆ LABIALES**, quæ in interna superficie labiorum sub membrana communi oris locantur.

**GLANDULA MOLARIS**, in utroque latere buccarum inter musculum masseterem, & buccinatorem una locatur, earum ductus excretorius circa ultimum dentem molarem suo orificio hiat.

### GLANDULÆ COLLI EXTERNAE.

**GLANDULÆ JUGULARES**. Sub cute colli circa venas jugulares externas ultra 20. glandulæ globatae inveniuntur.

**GLANDULÆ SUBMAXILLARES**. Sunt glandulæ globatae, quæ in pinguedine sub maxilla locantur.

**GLANDULÆ CERVICALES**. Sub cute in pinguedine circa cervicem deprehenduntur.

**GLANDULA THYROIDÆ**. Est magna glandula, quæ cartilagini cricoideæ, tracheæ, & suis cornibus cartilagini thyroideæ incumbit. Ductus excretorius non invenitur.

### GLANDULÆ FAUCIUM.

Multæ glandulæ muciparæ in cavo faucium sub membrana cavum faucium investiente inveniuntur, ut

**GLANDULÆ PALATINÆ**, in postica palati regione locatae.

**GLANDULÆ UVULARES**, quæ in uvula.

— **TONSILLARES**, quæ in tonsillis.

**G L A N D U L Æ L I N G U A L E S**, circa foramen cæcum,  
quod in radice linguae est, deprehenduntur.

**L A R I N G E Æ**, quæ sub interna mem-  
brana laryngis, &

**P H A R Y N G E Æ**, quæ sub interna mem-  
brana pharyngis locantur.

### GL A N D U L Æ M A M M A R U M .

**G L A N D U L Æ M A M M A R I Æ**, seu *lactea* mammarum,  
sub pinguedine mammarum locantur, ex illis  
vasa *lactea* ad papillas mammarum pergunt, in  
quas suis orificiis aperiuntur.

### GL A N D U L Æ C A V I T AT I S T H O R A C I S .

**G L A N D U L A T H Y M U S**. Est magna glandula, quæ  
in antico mediastini spatio sub parte superiori  
sterni supra pericardium locatur. Ductus excre-  
torius non invenitur, sed vasa lymphatica ex  
hac glandula ad ductum thoracicum pergunt.

**G L A N D U L Æ B R O N C H I A L E S**. Sunt magnæ, ac ni-  
gricantes glandulæ, quæ in fine tracheæ circa  
initium bronchiorum in externa superficie locan-  
tur, sed suis orificiis excretoriis in cavum bron-  
chiorum aperiuntur, & mucum nigricantem  
erubant.

**G L A N D U L Æ O E S O P H A G E Æ**. Sub interna œsophagi  
membrana inveniuntur, & mucum secernunt.

GLANDULA DORSALIS OESOPHAGI. Juxta quartam, vel quintam vertebram dorfi, in postica, & externa œsophagi superficie reperitur. Ductus excretorius non invenitur. Subinde hæc glandula admodum magna, vel in duplo adest.

### GLANDULÆ CAVI ABDOMINIS.

GLANDULÆ GASTRICÆ, sunt glandulæ muciparæ, locantur sub interna ventriculi membrana.

GLANDULÆ INTESTINALES sunt etiam muciparæ, reperiuntur sub interna intestinorum præfertim crassorum membrana.

GLANDULÆ MESERAICÆ, hinc inde in tela celulosa mesenterii locantur. Recipiunt *vasa lactea* ab intestinis, & remittunt eadem ad *receptaculum chyli*.

GLANDULÆ HEPATICÆ. Etiam *acini bilioſi* vocantur, deprehenduntur in substantia hepatis, & *bilem* in ductum hepaticum secernunt.

GLANDULÆ CYSTICÆ. Sunt glandulæ muciparæ, quæ sub interna vesiculæ felleæ membrana, maxime circa collum ejus locantur.

GLANDULÆ PANCREATICÆ. vid. *Pancreas*, in *Splanchnologia*.

GLANDULÆ OMENTALES. Sunt glandulæ globatae, quæ in omento inveniuntur.

## GLANDULÆ LUMBORUM.

**GLANDULÆ SUPRARENALES.** Cuique reni magna insidet glandula, membranæ adiposæ renum inclusa. Substantia earum est spongiosa, cavum habent succo viscoso, ruffo impletum. Ductus excretorius non invenitur. In fœtu hæ glandulæ subinde magnitudinum renis habent.

**GLANDULÆ LUMBARES,** circa receptaculum chyli.

**GLANDULÆ ILIACÆ,** in origine vasorum iliacorum, &

**GLANDULÆ SACRALES,** sunt glandulæ globatae ad quæ multa vasa lymphatica pergunt, & ad chyli receptaculum redeunt.

GLANDULÆ GENITALIUM  
VIRILIMUM.

**GLANDULÆ ODORIFERÆ GLANDIS.** Sunt glandulæ sebaceæ, quæ sub corona glandis locantur.

**GLANDULÆ MUCOSÆ URETHRÆ.** Sunt glandulæ muciparæ, quæ sub interna membrana urethræ continentur.

**GLANDULA LITTRII.** Est glandula magna mucipara, non procul a bulbo urethræ inter membranas urethræ locata.

**GLANDULÆ COWPERI.** Sunt 3. magnæ glandulæ muciparæ, duæ ante prostatam sub musculis acceleratoribus penis; tertia magis anterius prope bulbum urethræ sita est.

GLANDULA PROSTATA. Magna, cordiformis, plana, & omnium glandularum solidissima est glandula, quæ inter collum vesicæ urinariæ, & bulbum urethræ locatur, & humorem *lacæolum* secernit, qui 10. vel 12. ductibus excretoriis juxta verumontanum sub coitu in urethram effunditur.

### GLANDULÆ GENITALIUM MULIEBRIUM.

GLANDULÆ ODORIFERÆ LABIORUM MAJORUM, & MINORUM sunt glandulæ sebaceæ, sub cute labiorum reperiendæ, sebum peculia-  
ris odoris secernentes.

GLANDULÆ ODORIFERÆ CLITORIDIS, ad basim illius copiose locantur, sunt ejusdem indolis, ac priores.

GLANDULÆ MUCOSÆ URETHRÆ, sunt glandulæ muciparæ, quæ sub interna membrana urethræ muliebris locantur.

GLANDULÆ MUCOSÆ VAGINÆ, sub interna mem-  
brana vaginæ muliebris, ubique reperiuntur.

GLANDULÆ BARTHOLINIANÆ, sunt glandulæ muciparæ, prioribus paulo majores, quæ in in-  
feriori parte vaginæ versus perinæum, & anum locantur.

### GLANDULÆ EXTREMITATUM.

GLANDULÆ SYNOVIALES, sunt glandulæ muci-  
paræ, quæ in cavo articulationum reperiuntur.

GLANDULÆ INGUINALES, sunt glandulæ globatæ, seu lymphaticæ, plures numero, quæ sub cute in tela cellulosa regionum inguinalium locantur, & vasa lymphatica a glande penis redeuntia, recipiunt.

GLANDULÆ SUBAXILLARES, sunt etiam glandulæ globatæ, quæ in fovea subaxillari locantur, & vasa lymphatica a mammis redeuntia recipiunt.

#### GLANDULÆ CUTIS.

GLANDULÆ SUBCUTANÆ, sunt glandulæ sebaceæ, quæ ubique in inferiori cutis superficie deprehenduntur, suis excretoriis ductibus cutem, & epidermidem perforant, & sebum cutaneum secernunt.

F · I · N · I · S ·



I.S.

glandulz go-  
ero, que sibi  
guinalium lo-  
de penis re-

iam glandulz  
locantur, &  
ia recipunt.

I.S.

glandulz se-  
ris superficie  
dusibus cu-  
sibum cuta-



A. 25

g 496

